



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. De Angelorum erga homines officiis seu de hominum ab Angelis
custodia, & malis dæmonum erga nos officiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

ex parte obiecti cogniti se omnino habet, non autem ex parte subiecti cognoscens: ex parte autem obiecti illum modum cognoscere magna perfectio est, etsi ita ex parte subiecti cognoscere imperfectio foret: de illuminatione Angelorum, erga homines, seu horum ab Angelis disputari hic à pluribus solet ex instituto, à Soario capite 16. Ariaga sectione 7. Vasquez d. 218. capite 4. etsi non sub eo titulo: breuius Alarcon. numero 12. §. *Secundo sequitur*: id tamen ad hierarchicam illuminationem, de qua hic, non spectat, sed ad ministeria Angelorum erga homines, & horum ab ipsis custodiam de qua questione secunda ubi nos, quæ sunt satis, dicemus. Multa alia dubia, & difficultates circa illuminationem mouent Soarius capite 14. & 15. Ariaga sectione 6. quæ omnia, vel tacta iam in superioribus sunt, vel anticipato decisa, ut dubitandi iuxta nostram doctrinam, ne anfula quidem remaneat.



QVÆSTIO II.

*De Angelorum erga homines officiis
seu de hominum ab Angelis custodia,
& malis Dæmonum erga
nos officiis.*

S X dictis tota præsentis controu. non tam discursu, quam memoria summario quæstio absoluetur præfens: quandoquidem solum ad dictis proxima extendi paululum discursum opus erit,

CERTAMEN I.

*De Angelorum custodia, & bonis
erga homines officiis.*

1. **A**ngelos hominum custodiæ deputatos à Deo esse certum vniuersum est, ne quidem ab hæretico vilo negatum; tamen dubitatum à Caluino, ac negatum demum fuisse singulis hominibus Angelos singulos deputatos libro primo institution. capite 14. §. 7. & in Psalm. 90. ad illa verba. *Angelus suus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*, quæ etsi sanctus Augustinus ibi, ac Beda, S. Ambrosius in Lucae capite quarto, Iren. libro 5. capite 12. specialiter de Christo interpretentur, non tamen negant de aliis etiam ad litteram intelligi, qui primo Psalmi versu abs dubio continentur verbis illis. *Qui habitat in adiutorio altissimi*: quare de omnibus, iustis saltem, & in Deum sperantibus, ipsique timentibus ea verba exponunt Patres Basilus, Theodoretus, & iuxta id Psalmi 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*: quod insuper ex communi, & constanti apud Patres omnes, & Ecclesiam totam sententia de custodiendis Angelis singulis, ad singulorum hominum custodiam à Deo destinatis certum adeo est, ut nequeat citra ingentem temeritatem negari, quamvis non sit ita expresse in scriptura contentum; aut ia Conciliis cum tota sua generalitate definitum. Videndi, de hoc sunt Dionysius 9. de celesti hierarch. Clement. Alexand. 6. Stromat. sub fine. Origenes hom. 8. Isaac sub initio. Chrysostomus tom. 3. sermon. de ascensione, Theodoretus 3. de curatione Grec. sub fine, & 18. in Matth. Gregorius 2. moral. capite 15. aliàs 21. libro quarto, capite 27. articulo 31. Ambrosius lib. de vidu.

post med. in Psalm. 37. & Psalm. 43. ad id. *Qui mandauit sanctis Iacob.*

2. Addiderim conclusionem hanc de Angelica omnium, & singulorum hominum, ab ortu saltem sue custodia fidei proximam esse, & oppositam, non solum valde temerarium, sed erroneum; etsi non ita certum sit singulis hominibus Angelos singulos custodes esse, ut nullus plurium hominum saltem successus habeat curam: de postremo hoc constabit ex dicendis numero quarto, de primo constat ex Mattheo 18. *Videte ne contemnat unum de pusillis istis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris*; Etsi enim verba hæc de pusillis seu paruulis, qui Christum, tunc circumstabant, solummodo sonent cum ratio eadem de omnibus sit, nec illi omnes, qui adstant fuerint ex reliqua puerorum turba, quæ eo casu conuenerat, à Christo Domino selecti, ut eam proferret sententiam, quod de eis sonabat, de pueris, & infantibus reliquis dicebat: ac proinde doctrinalis, & de omnibus sententia fuit: ex quibus verbis Sanctus Hieronymus ibi tantam animarum omnium dignitatem esse commendat, ut *unaquaque ab ortu natiuitatis habeat in custodia sui Angelum delegatum*. Repetit. ad 3. Ecclesiast. & Isaac 66. epistola 27. ad Eustachium init. Basilus 3. contra Eunom. init. de vera virginis. prope medium. Ildorus 1. de summo bono capite 10. Beda questione 9. ex variis, & Actor. 12. Auselmus circa med. Elucidarij Bernardi, 5. de consider. capite tertio, sermone 12. in Psalm. 90. *Qui habitat, & ultra datos datis locis numero primo. Nisi enim de vita Moysi. Chrysostomus hom. 4. ad Colossens. & oratione 14. ad Hebræos. Anathasius Nissen questione 61. in scripturam Theodor. questione tertia in Genes. & oratione 10. in Daniel. Cassian. collatione 8. capite 17. Athanasius de communi essent. sub fin. Eusebius 13. de preparatione Euangel. capite septimo. Clem. Alexand. 6. Stromat. qui duo afferunt dogmata hoc à Platone, & Socrate fuisse ex scriptura assertum. Testimonia ex Philosophis innumera sparsim apud nostrum Bubalum reperies, & apud Eusebium proxime Lactantium libro secundo, capite 15. Minut. felicem in suo Octauio, Clementem Alexandrinum 1. Stromat. & adhortatoria ad gent. Plutarchum 1. de Iside. S. Augustinum 8. de ciuitate capite 14. Eugubini. 8. de peren. Philosophia capite 25. apud quos Socrates, Plato, Hesiodus, Pythagoras, Xenocrates, & Chrysippus qua de re sapientissimus ex Philosopho Christianus, & Martyr. Iustinus strenue scripsit question. 30. ad gent. nec ieiunè Origenes 3. Periarch. capite secundo, homilia 11. in Numeros, homilia 23. in Lucam, ac reliqui Patres, & Interpretes, ad loca recitata ex Psalm. 90. & Matthæi 18. Actor. 12. Genes. 48. Iudith. 13. & ad Hebræos 1. *Omnes sunt administratores Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.**

3. Hoc vero textu fundamentum idemnitatis rationis pro custodia singulis omnibus, ac reliquis paruulis nec solum iis, qui Christo tunc aderant, à Deo deputata, ut credenda continentur: custodia, siquidem Angelorum deputata hominibus à Deo fuit, ut adiutorium eorum infirmitatis, & contra Dæmonum potentissimorum hostium insidias, ac tentationes præsidium validissimum in pedagogis tutoribus Angelis custodibus haberent, & desideratam, dispositamque amica Dei providentia, æternam salutem consequerentur: atqui æternæ salutis desiderium, serium quidem, & ardens, ac mediorum ad eius consecutionem sufficientium, (vltro sufficientie etiam minimum) erga omnes, & singulos homines Deo adest semper iuxta illud. *Vult omnes homines saluos fieri, &c.* & ex quo editi in lucem à matribus fuere, insidiis Dæmonum, ut sine Baptismo, & in originali decedant, patent, impetunturque, atque ex tunc custodia Angeli materni sunt delicti: Ergo ex tunc Angeli alicuius custodie commituntur paruuli omnes; quod autem Caluinus, atque ex eo affecte contra Catholicam hanc veritatem obgannunt nullus est ponderis. Aliant enim, maioris

vera directa simul etiam posset eidem Angelo demandari; tamen largioris Dei beneficentie est cuique suum custodem Angelum delegare, unde communior Theologorum sententia contra Magistrum in 2. distinctione vndeima, cap. 2. & 3. fert. vnum Angelum duorum, simul saltem, hominum curam non agere.

7. Imò, nec successus id ab vno Angelo, erga plures curæ suscipi mihi verosimilius est contra eundem Magistrum, & Origenem hom. 11. in numer. tribus quippe choris infimæ hierarchiæ, ex quibus hominum custodes communiter deputantur, plures Angeli quam tota collectione existentium, quodcumque, absolute hominum, homines continentur: quam conclusionem tradidit olim Iustinus Martyr libro vltimo, quæstionum quæst. 30. Tamen non satis vero simili fundamento: quod animam pupilli sui hominis quicunque Angelus cor porce egressam comiteat, vsque ad inuolutionis, seu resurrectionis tempus: si ita intelligatur, vt curam salutis earum gerat, quæ nulla erga illas corpore solutas potest haberi, ex quo corporibus suis abscedunt, si immortalis obuentum, & in iustitia, abique villo culpe reatu decedendum sint: cum, & viæ statum prætergressæ, & in termino suat absolute constitutæ: quare nihil super eorum salute restet Angelis custodibus agendum; tamen erga purgatorij animas custodem cuiusque Angelum officia eas in suis penis consolandi, & confortandi exercere pie valde, & rationaliter credatur: sin autem non de custodia, & cura Angelorum, ne homines peccent, & salutem consequantur, sed de officiis aliis custodiæ titulo specialiter Angelo custodi erga pupilli sciuntam animam propriis satis probabile, ac verum est fundamentum Iustini: quia, & ei de partis in via victoriis in gloria gratulari animabus beatis, vsq; ad inuolutionis seu resurrectionis diem: immò, & aternitatem specialiter incumbit, atque reunitas ad postremum iudicium deducere, comitari; testisque victoriarum in via habiturum coram vniuersa rationali Republica esse; vti, & malorum damnatorum custodibus: quam male suis officiis vti in via fuerint testati, vt Origenes vbi proxime, alique, & Patres, & Doctores communiter docent: quo statuto, quod nullus Angelus duorum hominum curam simul suscipiat, vt diximus, & Iustinus ibi statuit, & supponit bene, ac Theologicè discitur, nullumq; Angelum duorum hominum curam successus adhuc, habere concludit.

8. Ex quo vero tempore statumque naturæ, & legis Angeli erga homines custodia fuerit à Deo commissa, Gregorius Nissen. de vita Moyfi, sub init. censere videtur ab statu naturæ lapse capisse Angelorum custodiam, quæ pro statu innocentia non fuerat, scribens. *Verus sermo ad nos vsque descendit, quo creditur postea quam in peccatum natura nostra prolapsa est, non omnino à Clementia diuina neglecta, sed Angelorum aliquem cuique in administrum constitutum esse.* Sed tamen non negat; antea etiam naturæ integræ, & in innocentia statu constitutum, sed non obstante culpe lapsu, & innocentie amissione non adeo, à Deo neglectam, ac siue miserie relictam, vt salutis eius curam Deus etiam per custodes Angelos non egerit: & quidem, cum homo in innocentia statu, & dotibus ac donis gratiæ tot, tantisque instructus in via statu, internisq; ad peccatum, & externis Demonum tentationibus fuerit obnoxius, præsidio etiam Angelicæ custodiæ immò etiam statu muniti illum oportebat: sicque factum Theologi docent: vnde, & Beate Virginis in iusticia originali conceptæ, atque innocentie statum, quoad eius dona largius valde sortitæ Angelum custodem, neque infimi chori, & hierarchiæ, iidem Theologi concedunt ex S. Bernardo epistola 77. quibus assentior: tamen ex quo Dei Mater effecta moralem, & ciuilem, vt sic dicam, vniuersam cum Filio Deo est consecrata, atque in creata omnia, etiam Angelos imperium, his quidem non vt custodibus vram illam credam, sed vt ministris, vt de eius Filio dicitur Matth. 4. *Accesserunt Angeli, & ministrabant ei*, & certe vbi specialis erga ipsam Filij sui, ac Dei cura aditit superflua visa est Angeli pedagogia, versaque merito, in purum eius, & *Christoph. de Origa de Deo vno, Tomas II.*

reliquorum famularum: quod si maternitate ipsa Deiparam sanctificatam, vt Ripalda suspicatur, pie quis asserat, sicut eam semel habitam perdere nequit, nec Mater Dei non esse, ex quo primum Mater Dei fuit, ita nec sanctitatem formalem perdere, & peccatum admittit; quia ex tunc antecederet impeccabilis, censenda erit, nec vsquam deinceps custodia Angeli egeret, ac subinde nec eam habuisse, vt de eius etiam Filio cum S. Thom. citata quæst. 113. art. 9. d. r. Bonauentura, & Sententiaris reliquis in 2. d. 11. Aleale, Alciandorensis, & reliquis theologis: quocirca minus firma videtur Abulenensis sententia, quæst. 60. in 18. Matthæi vbi Deiparam, ex quo Dei Mater, & persona subinde publica esse capio, alterum etiam Angelum habuisse iuxta dicenda certamine 2. numero 1. Denique à custodia Angelorum, ne Antichristus quidem exclusus est: cum, etsi nequissimus, viator tamen sit futurus, & cuius salutem Deus serio desideret, nec de sufficientibus medijs ipsi prouidendis absit, nec Angelus pupillum ob eius flagitia deserat.

CERTAMEN II.

Reliqua ad Angelorum custodiam spectantia

1. **P**reter Angelicam singulorum hominum custodiam hæcenus assertam, in qua Principum etiam, cum temporalium, & secularium: tum etiam Ecclesiasticorum præcipue continetur: immò eis alios Angelos speciales cuique suum, vt officium: ac munus publicum recte, & subditis proficue exercent, ait expresse Origenes citata homilia 11. in numer. illis verbis. *Ipsi Apostoli Angelis vtuntur ad expellendum suæ prædicationis munus, & opus Euangelij consummandum, confirmatque ex illis act. 12. Angelus eius est; & addit: similiter intelligitur, & alius Pauli Angelus sicut est Petri, & alius alterius Apostoli, & singulorum per ordinem, quod, cum ratione muneris, & officij publici ipsis fuerit concessum, iis etiam, qui eis successuri, concessum asseri debet.* Regis item Provinciis, & ciuitatibus, Prouinciarum capitibus speciales Angelos custodes deputatos communiter ex Daniel 10. vbi nomine Principis Persarum Græcorum, & Iudeorum Angelus cuique ex eis gentibus custos, & Præfectus intelligitur à sancto Hieronymo, Theodoro 5. diuinor. decret. capite 7. & aliis Patribus Dionys. de caelesti hierarch. capite 9. Isidor. Pelusiota. lib. 2. epistola 185. Greg. 17. moral. capite 8. alias 7. Sanctus Augustinus quæst. 48. in Iudic. Clemente Alexandrino 6. Stromat. sub fin. & 7. init. Epiphani. hæresi 31. ex illo Deuter. 32. *Constituit terminos genti iuxta numerum Angelorum Dei, vt legunt 7. vbi Patres etiam, & interpretes communiter, & Hieronymus in Daniel. capite 7. vbi quatuor ventorum, quorum cura commissa Angelis dicitur, nomine quatuor principalia mundi regna intelligi docet: vti & Basil. 3. contra Eunom. Palusota vbi proxime Theodoretus quæst. 3. in Genes. & orat. 10. & exposit. cantici Moyfi, Hilario Psalm. 129. & Græci communiter, tamen iuxta vulgatam nostram longe alius literalis sensus sit. Idem confirmat Basil. proxime & Augustinus quæst. 7. in Iosue ex illis Iosue 5. *Præcepit sum exercitus Domini, Michaëlem exercitui Israëlitarum præfectum intelligentes, tamen Abulen. ibi q. 71. Gabriellem intelligat, qui Daniel. 8. 9. & 10. curam Iudaici populi habere dicitur.**

2. Origenes 1. Periar. capite 8. ad Ecclesiasticas communitates præfatam doctrinam extendit, ac rursus homilia 10. & 14. in numer. homil. 4. in Ezechiel. hom. 12. 13. & 35. in Lucam probant ex Apocal. 12. c. 4. cui consentiunt Hieronym. Michaë 6. initio, & indicat Matth. 18. Ambrosius 1. de penitentia capite 21. & locis Apocalyp. quæ etiam ad litteram Angelorum no-

o o minc

mine Episcopos significant; vocis tamen occasione Patres suam sententiam tradidere: quæ, & est Hilarij Bode, & Patrum aliorum communiter ab Scholasticis recepta. Dubium autem suboritur, non facile definibile: an scilicet Angelus qui Principibus, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, ut personis publicis pro subditorum, & communium bono superadditur, idem ipse sit, qui communitatem, & regnorum curam gerit? diuersum esse probabilius vniuersim censeo Soarius citat. c. 17. n. 24. §. Denique hinc sine. Mihi autem in tota vniuersalitate non placet: sed cum distinctione censeo, sentiendum: scilicet, ut Principum alicui communitati, siue seculari, siue Ecclesiasticæ ligatorum idem ipse communitati designatus, Principi etiam deputatus, & superadditus sit, verbi gratia, qui Hispaniæ, & eius Regi, qui Tolitano Archiepiscopatu; eiusdem etiam Archiepiscopo: eadem quippe cura, & industria, ut Princeps bono suæ communitatis consulat, & gubernet, atque illa commodum, ex eius gubernatione percipiat obtinetur: nec, si quid aliud commodi alias Angelus communitati commissa possit providere vtrique simul agendo non est vnus, idemque Angelus impar: ex quo fiet, ut quicunque Princeps, Regnum, aut Episcopatum mater Angeli custodiam, & consiliarium Angelum, quatenus persona publica est, mater Angeli communitatis, cui denuo præfatur, adiutorio, & custodia vtens, ut primo illo, qui ipsi in primæ communitatis præfectura succedit vtetur. Qui autem vniuersalem in communitates, seu regna omnia spirituales habent potestatem, ut Apostoli, & in prædicatione mundi absque alligacione alicui Regno, aut Ecclesiæ à Deo electi sunt, censeo, eos Angelum superadditum proprium, & aliis incommunicabilem habere ac insuper, ubi ad Regna, Prouincias, & Ecclesias particulares peruenire speciali cuiusque illarum custodiam Angeli adiutorio etiam uti: quod, & Originis verbis datis n. r. sub init. numeri 1. conformius est & rationi: siquidem vniuersale illud munus speciale Angeli adiutorio pro vniuersi spirituali dono repositum, quod Prouinciarum, Regnorumque officiis tutelarum suorum non obest, sed inuatur: id, quod seculari Principi, qui plura, vel omnia mundi regna obtineret non ita facile concedendum, ni aliquid æque omnibus ciuilitate, & politice commodum esset disponendum.

3. Sed & visibilibus omnium generibus, & speciebus omnibus conferendis, gubernandisque Angelum singulum esse à Deo præfectum, docet S. Thom. cit. quæst. 110. art. 1. ad 2. & 3. à q. 113. art. 3. & Scholastici plerique, est Caietanus dissentiat, & S. Thom. sensum detorqueat: estque satis indicata sententia ab scriptura Apocalyp. 1. *Angeli aquarum sit mentio, & c. 14. Angeli qui habebat potestatem supra ignem, ad quæ, sic censent Arethas. Andreas Casar. in Apocal. 1. c. suo 43. & 47. Ribera noster, & interpretes alij eandem sententiam fusius, minutiusque tradidit Origenes hom. 8. in Hierem. & hom. 23. in Iosue: Nazianz. carmine de parte Angelorum ministrante, Augustinus 8. de genesi ad litteram, capite 24. & quæstione 79. ex octog. tribus, ait: *Vnaquæque res visibilis in hoc mundo habet potestatem Angelicam sibi præpositam, sicut aliquot locis scriptura diuina testatur.* Idem docet Abulenti. Matth. 18. quæstione 57. idemque docuerat Plato de substantiis separatis, seu Angelis, quas natura sua speciebus additas, & generationis earum adiutrices formarum substantialium inductione de vtroque vero, scilicet naturali additione & inductione formarum respicitur merito à Sancto Thoma, solumque ex Dei dispositione, & prouidentia, & ad alia munera speciebus præfici concludit. Bene etiam aduertit S. Thom. quæst. illa 113. art. 2. irrationalibus corporeis speciebus Angelos præfici: non tamen, ut indiuiduorum omnium vniuersaliumque curam per se gerant, sed conseruationis, & perpetuitatis ipsarum, in quouis quibusvis indiuiduis: quare vnus pro tota specie satis est, quia singuli pro indiuiduis singulis deputentur, cum determinata hæc præ aliis, nec vniuersi conseruationi: quare, nec hominis, (cum conditus orbis est, & conseruatur, quouique status viæ omnibus finiatur) commodis per se conducunt, & insuper*

uiunt, & de hac indiuiduorum irrationalium custodia intelligi Hieronymus debet illam negans, Habere 1. sine.

4. Cuius vero hierarchiæ & chori Angelis cum hominum communium, tum Principum, cum reliquorum rerum præfaturam custodia, & præfectura à Deo demandetur, restat definiendum: ex quibus communium hominum custodia regulariter ex infima hierarchia & choro Angelis committitur: Principum autem hominum Angelis superioris gradus mandatur, & quandoque hierarchiæ supremæ, ex qua censeo Protoparentibus Angelis custodes vtique orbis totius Monarchiæ creatis designatos; ac insuper, quia Satanam, seu Luciferum, qui ex suprema hierarchia fuisset, non laberetur, habere tentatorem, cui imperfecti nature, & potentie Angelum auxiliarem opponi, non expediret. Nec inferioris gradus Angelo custodiam Mariæ Virginis commissam esse credendum est, Apostolis item non infime hierarchiæ Angelos, ut personis publicis superadditis fuisse censeo. Aliis vero Principibus speciali regno, aut Ecclesiæ ligatis ex infime hierarchiæ gradu tamen lapsum illius Angelos superadditi eorum munus expolice: maxime, cum eosdem esse dixerimus, cum communitate, cuiusque custodibus quibus omnium in ea contentorum, vniuersalior cura committitur circa irrationalium, & rerum, & locorum custodiam videtur infimi ordinis Angelis committenda: sed video, ex Michaelis appellatione à monte Galgano, eiusque testimonio sub speciali eius custodia montem illum fuisse: sed fors irregularis diuine Prouidentie ea Michaelis designatio fuit ob finem quem non assequimur. An vero custodes Angelos præfati ex hæc etiam Beatis designati fuerint: certum est ex sanctis, & Beatis fuisse: ne lupo oues traderentur, & ex illius verbis. *Angeli eorum semper vident faciem Patris, & ex Psal. 90 & 103. sed vniuersi partibus irrationalium, prædictos ante lapsum Angelos bonos, qui mox lapsu Damones fuerunt, eoque, munerem in penam priuati, censeo Damones lib. 2. c. 4. August. 12. de genesi ad lit. c. 16. & 17. de lib. arbit. c. nondum beatis etiam, sed sanctis viatoribus Angelis, c. nondum beatis etiam, & beandis absolute prærogatis partium mundi corporearum irrationalium fuisse à Deo gubernationem commissam, in qua perferantur: quod mihi probabile est: putaremque verum, si antequam Angeli peccarent, vel perferantur suam viam finissent, ex influxu Astrorum per calorum motum diebus creationis corpora mixta producta crederem, quorum productionem, ut conseruationem specierum, Angeli præfati sunt: id autem non credo sed Dei iussu, & voluntate nulla mater primæ aliunde inducta dispositione expectata, ea omnia primum produisse: quare, neque ex primo dicendo nec sequentibus, vique ad sextum, quo creatis bono à Deo fuit Angelis calorum, & vniuersi corpori regimen commissum, sed calorum naturali mobilitate, Deique solius immediata dispositione, & executione, dies creationis actus, peracti fuisse: ut primus diuisione lucis à tenebris, ex vespere, & mane dies primus nullo Angelorum interuentu à Deo factus narratur Genesi 1. peracta vero hominis creatione, die sexto eorum omnium fuit Angelis gubernatione commissam, ut propterea die septimo ab omni opere requiescente Deus dicitur, eandem scilicet naturalibus, eorumque administris speciali cura, & particulari, quam in rerum creatione adhibuerat, delegata: generali siquidem concursu, & vniuersali prouidentia vique modo operatur, ut Christus Dominus ait & operabitur semper Deus: cum autem iuxta creationis dies Angelorum via fuerit certo finita, estque determinata die, incertum sit. Non solum sanctis Angelis viatoribus, sed iam beatis etiam fuisse vniuersi corpori irrationalis etiam custodiam commissam conperitur est.*

CERTAMEN III.

De officiis, quibus Angeli custodiam
demonum nostram agunt per-
ditionem.

2. **C**erte officia & actiones, quibus Angeli custodiam
cuiusque speciale munus obtineat, & exercent. Pe-
trus Cellensis, lib. i. mysticæ exposit. tabernac. sine de
custodia Angelicæ specialis erga homines officii, & actio-
nibus definitis, de officiis custodiæ Angelicæ erga res
quasvis generalem regulam dedit dicens. *Totum officium
Angelorum, quantum ad nos est, ut nos à malo defen-
dant, & in bono conferant: quod ipsum ex custodia, &
gubernationis rerum quatuor ab Angelis susceptis mu-
nere æqua ratione & robore demonstratur: unde constat
Angelos insensibilibus, & irrationalibus, siue secundum
genera, & species, siue secundum locum & terræ partem,
perfectos eorum physica mala prout eis à Deo datum
est, impedire, etiam contra id, quod causæ naturales ex-
poscunt, ut tauri idus à sagitta in monte Galgano Mi-
chaëlis eius loci custoditis interuentu impeditus fuit. Sic
etiam tempestates à demonibus confusus, & commotio-
ne causatum in aëre excitante saepe à custodibus locorum
Angelis, ne eis eorumque frugibus, & fructibus noceant
vel conflatum causarum impediendo, vel coniunctionem
disperdiendo, evanescenteque ab Angelis impediuntur
contra vero commoda, & locis, & fructibus causarum natu-
ralium coniunctio, ac subinde pluviarum proficiens ven-
tus, aliaque fructibus commoda ab eisdem Angelis pro-
curantur, ac disponuntur. Similiter non solum spiritualia
mala pupillis hominibus ab eis custodibus Angelis im-
pediuntur, arcenturque ac bona procurantur, & dispo-
nuntur, verum & corporalia etiam ab eis mala arcentur,
atque bona in eis afferuntur, quam plurima. Id enim uni-
versali sententia Petri Cellensis ab scholasticis, & Patri-
bus communiter recepta, continetur, & ratio suadet. Si-
quidem & eorum custodia commissi homines corporei
sunt, nec solum secundum gradum rationalem eis à Deo
committuntur custodiendi. Tum etiam: quia saepe malo-
rum aliquot corporalium amorio, & bonorum inductio
in bonum hominum spirituale cedit. Quia etiam ratione
ab eisdem Angelis corporea plura commoda commodat-
is hominibus ad salutem spirituales nociua, ut opes
valendo corporis, impediuntur & contraria, paupertas
agritudoque corporea procurantur.*

2. Porro spiritualia mala ab eisdem Angelis semper
& continuo, nobis prorsus inscitis arcentur, & bona spi-
ritualia procurantur. Idque dupliciter, vel extrinsecorum
obsecrorum, & occasione turpium amotione, & demoni-
um, in quo suam habent potestatem, cohibitione, ne nos vel
absolute, vel ardentius tentent, quam resiliunt nos fa-
pientes, & prudenter ex se coniectantur, vel certo ex Dei
quandoque revelatione norunt. Insuper inspirationibus
vehementibus, adhortationibusque ut stemus cum ten-
tamur, ac similibus, ut etiam proficiamus in bono. Huius-
modi autem inspirationes, suasionesque Angelorum cu-
stodum dupliciter fiunt. Primo specierum in nobis adfer-
uatarum excitatione, & applicatione pura. Secundo locu-
tione, & colloquio ad pupillos suos saepe habito, ut ex
scriptura, & fidei dignis historiis constat, quæ solum vo-
cibus formatis idiomatis nostri aliquando habentur,
aliquando vero eorum apparitionibus specie corporea,
& forma assumpta, siueque, vel Dei nomine ad homines
loquentibus, quo in casu mediis vocibus, quas extrinse-
cus formant, species nobis extrinsecus de novo immit-
tunt, ac imprimunt; non secus, atque homines,
cum ad alios loquuntur. Quo autem pacto, corpo-
reas formas assument, cum ita, vel Dei, vel suo no-
mine hominibus loquuntur res pure philosophica est
citato loco de Philosophicis Angelorum examinan-
da controva, philosophia nostra postrema.

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

3. Aliud custodiæ Angelicæ officium Angelorum est
ga homines est peccantes corripere, atque in hac vi-
punire, ut corrigantur. Id siquidem pedagogia suscep-
tae proprium, & beneficentissimum officium est illis
exodi. 23. expressum quia non dimittit eum peccato-
ris, & ex Daniele septimo, iuxta Hieronymum, ibi, &
Habac. 1. ut constat ex locis Psalm. 67. & 103. quæ
allegat, cui consentiunt Hermes. 3. Pastoralis simili-
tudine sexta, & septima, & Andre. Caesar. in Apocal.
capite vigesimo primo, & sexagesimo primo, qui ta-
men indicant satis hos Angelos correptores, & punito-
res peccatorum diversos à cuiusque custodibus esse, quod
merito cum Soario abnuimus: cum id pedagogia, ut
diximus, munus proprium, & officium sit: ac insuper pu-
pillorum, seu rerum, quorum custodiam agunt aduersa-
rios peccatores supplicis etiam, ad intercessionem affi-
cere, ut ab Angelo populi Dei custode officium est in
Assyriorum exercitu Isai. 37. Ex quibus centum octo-
ginta quinque millia nocte una interierunt. Tamen tem-
poralia mala, vel in corruptionem, vel in profectum
virtutis quandoque per malos Angelos hominibus ve-
niant: ut. 1. cor. 5. Paulus fornicarium. Tradidit
Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus eius saluus
fieret. Beatosque Iobum, & Tobiam dire adeo
à Diabolo tentari malique affici Deus permi-
sit.

4. Est et aliud custodum erga homines officium: sci-
licet horum orationes, bonaque opera, adiunctis
etiam suis ad Deum precibus, deferre, atque offerre, ut
constat ex Iob. 12. & Apocal. 8. & ex Patribus, Ambrosio.
28. in Luc. ad cap. 18. initio, Nicephoro Constantiano-
poli. Et ipsum referente Anastasio Niseno quæst. 61. Pe-
tro Cellense, lib. 1. de Tabernac. Hilario in Psalm. 129.
Andreas Caesar in Apocal. suo cap. 47. Augustinus. epist.
120. de Grac. novi Testamenti. c. 29. Et soliloquio, capite
vigesimo septimo, cui officio proxima est assidua Ange-
lorum pro suis pupillis ad Deum deprecatio iuxta cita-
tos Patres, & Bernardum 5. de considerat. capite quarto,
& quinto, ac serm. 31. in Cant. Laurent. Iustinian. lib.
de cast. connub. 1.8. & lib. 6. de disciplina, & perfect. mo-
nastica, c. 5. & alios relatos à nostro Schar. lib. de orat.
c. 10. & 11. quibus adde, & officia illa supra à nobis me-
morata à custodibus Angelis erga defunctorum pupillo-
rum animas titulo custodiæ in alia vita exercenda, ut vi-
sitationes, & consolationes earum in purgatorio, & con-
gratulationes in celo de victoriis in via patris, & gloria
per illas adquisita, quibus demum, & trinitiam Angelo-
rum custodum de alumnorum peccatis in via, & primi-
tam temporalibus, quam æternis tandem damnetur, ex
illis Isaiæ. 33. *Angeli pacis amare solum*, videntur Pa-
tres aliquot addere Chrysost. hom. de ascens. Anton. Ab-
bas ep. 2. sine. Andre. Caesar. in apocal. suo cap. 25. Leo
Pa. 8. vel 9. cap. *Hi duo sunt*, 55. de consecrat. d. 1. Orige-
nes Matth. 18. ex ipsoque Theophilactus trinitiam præ-
fatam videntur Angeli tribuere, quia, & per negligentiam
custodiæ peccare illos erronee censent, cum eorum alum-
ni peccant. Cæteri vero Patres ita de Angelis beatis me-
taphorice loquuntur, ut ardentem erga alumnos charita-
tem, & salutaris eorum desiderium vehementer significent: ut
ad idem significandum de se ipso similiter in scripturis lo-
quitur Deus, cum natura sua tristari de nullo possit, ut
neque Angeli Beati ratione status, & summa conformita-
tis cum Dei voluntate etiam permittunt: quare scite An-
dreas Caesar. proxime ait. *Angelos ad Dei exemplum
compari, mereri, aut contristari.*

5. Ita vero suis quemque angelam alumnis consule-
re, ut cum horum refert, ab aliorum custodibus vo-
luntate etiam distineat, & iungentur colligi videtur
ex Daniell. 10. ubi Princeps, seu custos angelus
Persarum custodi populi Dei legitur resistisse, &
quamvis Hieronymus ibi, & in capite vigesimo
nonum, Ezechiel. init. Rupert. 9. de victoria verbi
Dei à capite quarto, Cassian. collatione octava, à ca-
pite duodecimo, Persarum Principem malum angelum
intelligant; bonum tamen fuisse docent Dionys. de
cælesti hierarchia, capite nono, Gregor. 17. Mo-
ral. capite octavo, Theodoret. Lyran. & Carthus. ac re-
liqui communiter. Quare ex ea resistentia Angelos ma-
terialitate

terialiter pro suis quemque alumnis, ac eorum commodis dissidere fatendum videtur; secus vero formaliter: quia illa ita dissident dum eis de diuina voluntate, circa id, quod alumno suo, quisque vult, desiderat. & procurat, non constat: quare, & vtriusque desiderium imbibitam desert conditionem, si ita Deo placeat: quare, & in voluntatibus de materialiter diuersis, & aduersis miserie, sanctissime, & amicissime concordant.

6. Denique de malis Dæmonum erga homines officiis, & vniuersim, & speciatim satis clarebit, si haec dicta de bonis officiis Angelorum à contrario Dæmonibus applicentur, vt pro suo in Deum, & homines odio rebus vniuersi, & hominibus cunctis mala

procurent, ex Dei permisso, & sui Principis Satanae designatione horratu; & præcepto, ac proinde non est de eo fusior texenda disputatio: certe de tortura ignis cum Dæmonum, tum animarum purgatorij à Dæmonibus illud breuiter dicam: respectu animarum purgatorij id muneris Dæmonibus, ob decentiam status ipsarum nusquam esse permittum: nec respectu Dæmonum opus esse, vt permitteretur: nam Spiritus Domini sufflaret in eo, etsi ignis materia noua ministranda accendendaque, in pereuntis, ac cineriscentia suffectum: quæ animis crassa meditatio est. Nec enim ita igitur Dæmones, & ardescunt; sed sola forme ignis, seu calor perpetua vnione, nusquamque, vt vidimus, & nunquam deinceps defestura.

